

requisiti sine aliquo ditorum processuum per vos agitatorum visione sententias per vos latis contra hujusmodi Hæreticos promp- te exsequantur appellatione remota. »

(32. Hæresis pure mentalis, cum excom- municationem annexam non habeat, potest absolvi a quocunque etiam simplici confes- sario; Barbosa de Potestate episcop., par. II, alleg. 40, n. 13; Bordon. in Tribunali, cap. 12, n. 2 et 3. Del Bene, de Offic. Inquisit., part. I, dub. 49, petit. 3. Bonacina, de Cen- sur. in bulla *Cœnæ*, disp. 1, quæst. 2, punct. 2, n. 3, et cum aliis a se citatis card. Petra, tom. 3. Comment. ad constit. 18 Innocent. IV, n. 13. (33. Episcopi et inquisitores absol- vere possunt in utroque foro ab Hæresi de- ducta in forum contentiosum; cap. *Officium*, 11, de *Hæret.* in 6, et docent communiter doctores, teste cardin. de Petra loc. cit., num. 27, ubi dicit sic pluries respondisse sacram supremam Inquisitionem; nec obstare bullam in *Cœna Domini*, cum ipsa procedat quoad absolutionem ab Hæresi non deducta ad forum contentiosum. (34. Non possunt tamen absolvere ab Hæresi in foro conscientie tantum, ut pluries de inquisitoribus respondit suprema Inquisitio, teste cardin. Albitio de inconstantia in Fide, cap. 25, num. 16; Salell., lib. II, cap. 8, regul. 200, num. 35, cardin. Petra loc. cit., numer. 28, et de episcopis pluries respondit sac. cong- reg. Concil., præsertim die 21 Aug. 1609, die 7 Julii 1617, die 5 Novemb. 1644.

(35. Quamvis enim concilium Tridenti- num, sess. 24, de *Reformat.*, cap. 6, conces- serit episcopis facultatem absolvendi in foro conscientie ab Hæresi occulta, tali tamen decreto Tridentini derogatum esse per bul- lam *Cœnæ* pluries respondit sacra Congre- gat. ejusdem Concilii, et signantur in Con- cordien. anno 1585, l. IV, decretor., pag. 17. « Censuit decreto Concilii, sess. 24, cap. 6, derogatum esse in casu Hæresis per bullam *Cœnæ Domini*. Et in Cameracen. 28 Februa- rii 1602, lib. X *Decretor.*, pag. 25, ibi: « Quamvis a concilio Tridentino episcopis tributa fuerit facultas ab Hæresi per se ipsos in casibus occultis absolvendi, eam tamen in illis ademptam esse pontificia constitu- tione quæ in die *Cœnæ Domini* legi consue- vit; ideoque oportere ipsum, si ita re esse arbitretur, ejusmodi facultatem petere a Sede Apostolica, a qua facile illam impetra- bit. » Et in causa Hiberniæ 9 Septembris 1690, ibi: « VI. Cum de jure, ubi non adest in- quisitio, episcopus sit inquisitor, an possit saltem ut inquisitor absolvere ab Hæresi, etiamsi specialem ad id non habeat a Sede Apostolica facultatem concedi solitam, ad tempus limitatam episcopis Hiberniæ. VII. Cum neque episcopus, neque vicarius gene- ralis commode adiri possint pro absolutione ab Hæresi; an liceat episcopo delegare fa- cultatem parochi absolvendi ab ea? » S. cong- reg. respondit « Ad VI, *Negative*. Ad VII, *Negative et ad mentem*, et mens est, ut qua- tenus facultas absolvendi non sit concessa, concedi possit, et debeat. » Et sic etiam pluries declaravit suprema Inquisitio, ut

testantur Pegna part. III, director. comm. 141; cardin. Albit. loc. cit., cap. 25, num. 9; card. Petra, loc. cit., num. 21, et testes Bar- bosa de offic. et potest. Episcop. par. II, al- legat. 40, num. 24; Pignatell. tom. I, con- sult. 391, Pegna, Piasec., Fagnan. et alii. Sic pariter declaratum est a S. Pio V, Gre- gorio XIII et Clement. VIII; et clarissime ultimo constat ex decreto Alexandri VII, de anno 1663, 24 Septemb., damnantis hanc propositionem tertiam in ordine: « Sententia asserens bullam *Cœnæ* solum prohibere abso- lutionem Hæresis, et aliorum criminum, quando publica sunt, et id non derogare facultati Trident., in qua de occultis crimi- nibus sermo est, anno 1629, 18 Jul. in con- sistorio sac. congr. eminentiss. cardin. visa et tolerata est. » (36. Et hanc aliam in ordine: « Prælati regulares possunt in foro conscientie absolvere quoscunque sæcula- res ab Hæresi occulta et ab excommunica- tione propter eam incursa. »

(37. An autem prælati regulares possint absolvere suos subditos ab Hæresi occulta, Vid. verb. *ABSOLUTIO*, ubi late de hoc.

(38. Absolutio in foro interno non suffra- gatur in foro externo. Penitentes enim sic absoluti possunt adhuc in foro externo in- quiriri et puniri; Locutus verb. *Absolvere*, num. 1, et verb. *Hæreticus*, num. 24; Repor- tor. Inquisitor. verb. *Confessio*, § *Rerum*; Zanchin. de Hæretic., cap. 34; Duard. in bulla *Cœnæ*, lib. III, § 2, quæst. 12, n. 12; Barbosa, loc. cit., allegat. 40, n. 29; card. Petra, loc. cit., n. 39 et alii passim.

(39. Hæresis abjuratio præcedens requiri- tur tanquam conditio necessaria in litteris apostolicis dispensationum quæ super gra- dibus consanguinitatis, vel affinitatis, aliisve impedimentis petuntur pro personis diversæ professionis; Bened. XIV, tom. II, constit. 51 incip. *Magnæ nobis admirationis*. (40. Hæ- resis abjuratio promissio non sufficit ut hujusmodi litterarum executor seu episcopus, dispensandi facultatem ab Apostolica Sede habens, dispensationes ipsas ad effec- tum perducat; idem, constit. 59 incip. *Ad tuas manus*. (41. Hæretici ratione suscepti baptismi ad amplectendam fidem catholicam cogi possunt; idem ibidem.

(42. In locis tamen in quibus toleratur ut hæretici mixti cum Catholicis habitent, videndum quid ferat usus et consuetudo; idem ibid.

(43. Hæreticorum conjugia, ex perpetua Sedis Apostolicæ disciplina, sunt catholicis interdicta; idem, constitut. 52 inc. *Magnæ nobis admirationis*. (44. Si vero aliquando ex gravissimis causis permittuntur, opportu- næ adjiciuntur cautelæ, quibus et conjugis catholici fides, et futuræ prolis catholica edu- catio in tuto habeatur; idem ibidem. (45. Hu- jusmodi conjugia in aliquibus locis, in qui- bus hæretici cum catholicis mixti vivunt, de facto ineuntur, et a potestate ecclesiastica, ne majora mala proveniant, tolerantur; idem, constit. 19, inc. *Ad tuas manus*. (46. Verum dispensationes super gradibus aut impedi- mentis, ab Apostolica Sede pro ipsis non

conceduntur, nisi adjecta conditione abju- randæ prius hæresis, idem ibidem et citat. constitut. 51 incip. *Magnæ nobis admiratio- nis*.

(47. Hæretici occulti absolvi possunt a Pœnitentiaria apostolica. Idem, tom. I, con- sstitut. 95 incip. *Pastor bonus*, § 9. (48. Hæ- retici ad fidem redeuntes summa charitate ab Ecclesia recipiuntur. Idem, constitut. 129 incip. *Quamvis tempore*, § 11.

HÆRETICA PROPOSITIO.

Vide verbum PROPOSITIONES DAMNATÆ, n. 22.

HÆRESI PROXIMA PROPOSITIO. — SAPIENS HÆRESIM, — SUSPECTA DE HÆRESI.

Vide ibidem, n. 23 ad 25.

HÆRETICUS.

SUMMARIUM.

1. Hæreticus est, qui negat aliquem ex articulis ab Ecclesia definitis. — 2. Ad hoc autem, ut quis sit Hæreticus formalis articulum ab Ecclesia definitum negare debet cum errore intellectus, et perti- nacia voluntatis. — 3. Hæreticus enim censi non debet errans in fide, si Romanæ Ecclesiæ judicio errorem supponat, paratus stare decisioni Sedis Apostolicæ. — 4. Hæreticus formalis est, qui positive dubitat de fide, vel aliquo illius articulo sufficienter sibi proposito, etc. — 5. Unde ex hujus defectu *formales hæretici* non sunt, qui inter hæreticos nati, et educati de uno, vel pluribus articulis dubitant, donec sufficienter sibi proponantur. — 6. Hæreticus est, qui de sacramentis aliter sentit, ac docet, quam Romana Ecclesia prædicat et observat. — 7. Hære- ticus alius est lapsus, et alius relapsus, et quis sit uterque. — 8. Relapsus alius dicitur relapsus mani- festus, seu vere, et alius præsumptus, seu fide, et quis sit uterque. — 9. Non solum dicitur relapsus, qui in eandem speciem hæresis jam abjuratam relabi- tur, sed etiam, qui post abjuratam simpliciter, et generaliter hæresim, inde in quancunque aliam hæresim incidit, vel receptat, associat, defendit, auxilium fert Hæreticis. — 10. Hæreticus, vel schi- smaticus, si non respiciat nequit salvari, sed æterne damnabitur, nec ad salutem ei proderunt baptismus, eleemosyna, aut mori pro Christo. — 11. Catechu- menus nondum baptizatus, deficiens a fide, quam recepit, non est proprie dictus Hæreticus, sed infi- delis. — 12. Ficti et invalide baptizatus, si fidem deserat habendus est ut Hæreticus, quandiu de Bap- tismi fictione aut invaliditate non constet, licet in rigore talis non sit defectu baptismi. — 13. Qui metu mortis percussus negat fidem, aut aliquid contrarium fidei affirmat, absque ullo interiore men- tis assensu, non est vere et proprie Hæreticus. — 14. Tanquam Hæreticus censendus est non solum is qui temere asserit, sed etiam qui vertit in dubium animam rationalem, seu intellectivam non esse for- mam corporis humani per se, et essentialiter. — 15. Sic etiam tanquam Hæreticus verus est habendus non solum is qui temere negat, sed etiam qui vertit in dubium animam rationalem seu intellectivam esse immortalem. — 16. Omnis communicatio politica, seu conversatio, commercium et convictus cum Hæ- reticis, unde imminet periculum subversionis fidei vel morum, est catholicis prohibita sub mortali. — 17. Si autem absit periculum subversionis, et scan- dalum, possunt catholici licite cum Hæreticis com- municationem politicam habere, etiamsi essent Lu- therani, Calvinistæ, alique denunciati. — 18. Assi- gnantur varia quæ sunt licita catholicis, præsertim in locis ubi cum Hæreticis permixti habitant. — 19. Matrimonia catholicorum cum Hæreticis debite ac ritu catholico contracta sunt valida. — 20. Talia

FERRAR. IV.

(49. A censuris propter Hæresim formalem externam incursis nullus confessarius, qui- busvis amplissimis facultatibus munitus, vel etiam tempore jubilæi, absolvere potest, nisi expressam ad id facultatem habuerit. Bened. XIV, constit. incip. *Inter præteritos*, § 85. (50. Etiamsi occulta Hæresis sit, et confessa- rius facultatem habeat absolvendi a censuris in bulla *Cœnæ* reservatis. Idem Benedict. XIV, constitut. incip. *Convocatis*, § 53.

tamen matrimonia sunt illicita sub peccato mortali, nisi papa dispenset aut rationabilibus causis excu- sentur usque ad n. 22. — 25. Talia matrimonia in Germania, et cæteris locis, ubi Hæreticis cum ca- tholicis permixti habitant, secundum multos sunt licita ex consuetudine, cum quibusdam tamen con- ditionibus. — 24. Iniquissimum et graviter pecca- minosum est tam contra jus ecclesiasticum, quam divinum illud pactum quod in aliquibus locis dicitur adji- ci matrimonio catholici cum Hæretica, nempe ut masculi educentur in fide catholica patris, et femine in secta Hæretica matris; vel contra. — 25. Nec valet immemorabilis consuetudo in contrarium. — 26. Disputare publice vel privatim cum Hæreticis de fide est prohibitum omnibus laicis sub pœna excom- municationis ferendæ sententiæ. — 27. Hæc tamen lex seu prohibitio vel casu nunquam fuit recepta, vel contraria consuetudine abrogata in locis in qui- bus catholici permixti habitant cum Hæreticis. — 28. Disputare cum Hæreticis non est prohibitum clericis, maxime si sint sufficienter docti et debitas circumstantias prudenter observent. Alia, *remissive*. — 29. Stando in rigore utriusque juris nec recipi, nec tolerari possunt Hæretici, et ritus eorum in ter- ritorii catholicis. — 30. Ad evitandum tamen majus religionis, et Ecclesiæ catholice malum recipi, et tolerari possunt. — 31. Hæretici sunt revelandi, seu denunciandi inquisitoribus sub pœna excommu- nicationis. — 32. Imo Hæretici evidenter cogniti ut- tales sunt denunciandi quamvis probari non possint. — 33. Libros Hæreticorum scienter legentes, aut retinentes, imprimentes seu quomodolibet defenden- tes, incurrunt excommunicationem. Alia, *remissive*. — 34. Hæretici omnes formales externi ipso facto incurrunt excommunicationem Papæ reservatam. — 35. Imo non solum Hæretici, sed etiam credentes eis, receptores, defensores et fautores eorumdem. — 36. Credentes qui sint. — 37. Receptores qui sint. — 38. Defensores qui sint. — 39. Fautores qui sint. — 40. Excommunicationem ipso facto etiam incurrunt, qui Hæreticos, aut eis credentes, aut eorum receptores, defensores, et fautores in loco sacro sepeliunt. — 41. Omnes Hæretici publici, et notorii ipso facto sunt irregulares, et remanent tales etiam post conversionem, et absolutionem. — 42. Etiam Hæretici occulti probabilis sunt irregulares. — 43. Irregularitas incurritur etiam a credentibus, receptoribus, defensoribus et fautoribus Hæretico- rum. — 44. Hæretici omnes, credentes, receptores, defensores et fautores eorum sunt inhabiles ad be- neficia et officia ecclesiastica. — 45. Hinc tenentur beneficia in Hæresi recepta una cum fructibus di- mittere et restituere. — 46. Talis inhabilitas ad be- neficia et officia ecclesiastica durat in ipsis, etiamsi convertantur et Hæresim abjurent, præsertim si fuerint publici seu notorii Hæretici. — 47. Et hæc inhabilitas probabilis durat etiam in Hæreticis oc-

cultis post eorum conversionem et absolutionem. — 48. Hæretici, eisque credentes, receptores, defensores, et fautores eorum sunt insuper privati beneficiis et officiis prius rite obtentis. — 49. Etiam ante sententiam iudicis. — 50. Ante tamen sententiam declaratoriam beneficia dimittere et fructus post privationem ipso iure statutam perceptos restituere non tenentur. — 51. Hinc infertur quod privatio beneficiorum rite obtentorum locum non habet quandiu Hæresis manet occulta. — 52. Tam filii quam nepotes patris Hæretici, soli autem filii, non item nepotes matris Hæreticæ ipso iure sunt inhabiles ad beneficia et officia, et sunt irregulares. — 53. Redduntur tamen habiles, si eorum parentes convertantur, et ad Ecclesiam catholicam redeant, sive nati sint ante, sive post eorum conversionem. — 54. Qui ad preces, vel recommendationem Hæreticorum obtinent beneficia, ipso actu privantur sic acquisitis, et inhabiles fiunt ad alia. — 55. Hæretici, eorum receptores, defensores, et fautores ipso iure privati existunt ecclesiastica sepultura. — 56. Hæretici propter crimen Hæresis confugiens ad Ecclesiam non gaudent immunitate. — 57. Gaudent tamen immunitate ecclesiastica, si confugiant ad Ecclesiam ob aliud crimen. — 58. Hæretici omnes sunt infames. — 59. Receptores, defensores et fautores redduntur etiam ipsi infames, si postquam fuerint excommunicati, intra annum satisfacere contempserint. — 60. Hæretici eorumque receptores, defensores et fautores sunt etiam inhabiles ad omnia officia publica, ad omnes honores et omnes actus civiles. — 61. Hæretici a die commissi criminis ipso facto amittunt patriam potestatem in filios, et isti efficiuntur sui juris. — 62. Sic mulieres Hæreticæ amittunt dotem et omnia alia privilegia. — 63. Hæretici amittunt facultatem faciendi testamentum, et succedendi in Hæreditatem tam ab intestato quam ex testamento. — 64. Hæretici a die commissi criminis ipso iure incurrunt confiscationem omnium suorum bonorum,

(1. Hæreticus est qui negat aliquem ex articulis ab Ecclesia definitis: cap. *Sicut* 2, dist. 15, cap. *Cum Christus* 7, de *Hæreticis*; Fagnan. lib. III Decret. in cap. *Ex parte* 8, de *Clericis non resident.*; et communis aliorum. (2. Ad hoc autem ut quis sit hæreticus formalis, articulum ab Ecclesia definitum negare debet cum errore intellectus et pertinacia voluntatis; arg. cap. *Dixit Apostolus* 29, et cap. *Qui in Ecclesia* 31, caus. 24, quæst. 3, et cap. *Dammamus* 2, de *summa Trinitate*. (3. Hæreticus enim censeri non debet errans in fide, si Romanæ Ecclesiæ fidem se tenere confiteatur, et errorem suum supponat iudicio Sedis Apostolicæ, quia in suo errore non est pertinax contra fidem; cap. *Hæc est fides* 14, caus. 24, qu. 1, cap. *Dixit Apostolus* 29, caus. 24, quæst. 3, ubi ex verbis S. Augustini sic dicitur: « Qui sententiam suam, quamvis falsam atque perversam, nulla pertinaci animositate defendunt, præsertim quam non audacia suæ præsumptionis pepererunt, sed a seductis atque in errorem lapsis parentibus acceperunt, quærunt autem causæ sollicitudine veritatem, corrigi parati cum invenerint, nequam sunt inter hæreticos deputandi. » Et concordat cap. *Dammamus* 2, de *summa Trinitate*, § *In nullo*; juncta glossa ibidem verb. *Paratus*, et extravagant. *Vas electionis*, de *Hæreticis*, et glossa ibi verb. *Corrigenda*, et sic communis doctorum.

(4. Hæreticus autem formalis est qui posi-

ita ut nec filiis eorum catholicis successio aliqua vel Hæreditas relinquatur. — 65. Ante autem sententiam declaratoriam commissi criminis Hæresis, Hæretici possessionem non amittunt, et bona sua fisco tradere non tenentur. — 66. Nisi tamen Hæretici sint publici et notorie tales. — 67. Hæretici amittunt jurisdictionem, et dominium in vassallos et servos, ipsi enim vassalli et servi alique liberantur a privata obligatione debita Hæreticis et fide eisdem servanda. — 68. Hæretici debent damnari ad carcerem perpetuos vel temporales, juxta criminis et personarum circumstantias et qualitates. — 69. Hæretici imponentes ultimo supplicio affici et comburi debent. — 70. Sic etiam ultimo supplicio afficiendi sunt Hæretici relapsi, etiamsi pœniteant, et Hæresim de novo abjurent, et plene convertantur. — 71. Filii et filiæ perentum Hæreticorum, quamvis catholici, privantur quavis Hæreditate paterna, tam ex testamento quam ab intestato eis alias competente. — 72. Non sunt tamen incapaces hæreditatis ascendentium, collateralium et exterorum. — 73. Filii et filiæ Hæreticorum sunt etiam infames. — 74. Nati tamen in Germania ex parentibus Hæreticis, secundum multos graves doctores, non sunt infames, unde, conversi, possunt sine dispensatione promoveri ad sacros ordines. — 75. Filii Hæreticorum sunt immunes a reliquis temporalibus et corporalibus pœnis. — 76. Imo filii Hæreticorum sunt immunes etiam a pœna privationis beneficiorum et officiorum obtentorum ante parentum condemnationem. — 77. Hæretici qui ad catholicam Ecclesiam redeunt, possunt libere et licite sibi retinere bona ecclesiastica, olim a suis majoribus vel a se ipsis usurpata. — 78-87. De absolutione Hæreticorum; quibus facultas eos absolvendi datur vel negatur. — 88-95. Additiones ex aliena manu. Quomodo lapsus in Hæresim intelligitur omnibus bonis et iuribus privatus. — 94. Nota Romani theologi de bonis Hæreticorum ad fidem redeuntium. — 95. Responsio auctoris.

tive dubitat de fide vel de aliquo illius articulo sufficienter sibi proposito, pertinaciter asserendo vel iudicando non esse omnino certum, vel esse dubium, an sit certus vel verus talis articulus fidei. Arg. cap. *Dubius* 1, de *Hæreticis*, ibi: « Dubius in fide infidelis est, » c. *Firmiter* 1, de *Summa Trinitate*, juncto Symbolo S. Athanasii, ibi: « Nisi fideliter firmiterque crediderit, salvus esse non poterit. » Sic S. Thom. 2-2, quæst. 10, art. 5, et qu. 11, art. 1; Abbas in cit. cap. *Dubius*, n. 1; Pirhing. lib. V, Decret., tit. 7, num. 4; Reiffenstuel ibidem, num. 10, et communis aliorum. (5. Dicitur autem notanter, de articulo sufficienter sibi proposito, quia ex hujus defectu formales Hæretici non sunt, qui, inter Hæreticos nati et educati, de uno vel pluribus articulis dubitant; his enim dubitare interim licet, donec instruantur, et argumenta seu motiva credibilitatis fidei nostræ sufficienter et recte apprehendant. Et ratio est quia talis dubitatio in istis non est conjuncta cum pertinacia, imo eam ordinat ad penetranda melius fundamenta fidei catholicæ, exemplo Beroensium, qui, audita prædicatione S. Pauli susceperunt verbum cum omni aviditate, quotidie scrutantes Scripturas, si hæc ita se haberent, ut legitur in Actibus apostolorum c. XVII; et sic colligitur ex verbis S. Augustini epist. 162, relat. in cap. *Dixit Apostolus* 29, caus. 24, qu. 3, et docet Layman lib. II, tract. 1, cap. 13, n. 5. Valent. tom. III, d. 1, quæst. 10, part. IV;

Sanchez lib. II, c. 1, n. 8; Reiffenst. lib. V, Decret., tit. 7, n. 11, et alii.

(6. Hæreticus est qui de sacramentis aliter sentit ac docet quam Romana Ecclesia prædicat et observat. Argum. c. *Ad abolendam* 9, de *Hæreticis*, et cap. *Hæresis* 27, caus. 24, quæst. 3, Fagnan. lib. I Decret., in cap. *Cum venisset* 1, de *Sacra Unctione*, num. 96. (7. Hæreticus alius est lapsus, et alius relapsus. Lapsus est, qui a professione fidei in hæreticam pravitatem incidit, in eaque perseverat; relapsus vero est, qui postquam pœnitens errorem abjuravit, iterum in hæresim relabitur; Farinac. de *Hæresi* qu. 194 et 195; Brugiot. *Institut. crimin.*, lib. II, tit. 2, n. 9; card. Albic. de *Inconstant*, in fid. part. I, cap. 16, num. 1 et sequent. Ursaya, *Instit. Crimin.* l. I, tit. 6, num. 12. (8. Relapsus alius dicitur relapsus manifestus, seu vere, et alius præsumptus, seu fecte. Relapsus manifestus, seu vere, est ille de cujus primo et secundo lapsu constat ex manifestis probationibus; Decian. lib. V, cap. 10, num. 1. Relapsus vero præsumptus et fecte est ille cujus duplex lapsus non est concludenter probatus, sed solum ex vehementi suspitione; Ursaya loc. cit., num. 13. (9. Non solum autem relapsus dicitur, qui in eadem speciem hæresis, quam abjuravit, relabitur, ut in cap. *Ad abolendam* 9, de *Hæreticis*, § *Illos quoque*, sed etiam ille qui post abjuratam simpliciter et generaliter hæresim, inde in quameunque aliam hæresim incidit, vel receptat, associat, defendit, vel auxilium fert hæreticis; cit. cap. *Ad abolendam* 9, de *Hæreticis*, § *Illos quoque*; Ursaya, *Instit. Crimin.* lib. I, tit. 6, num. 15, et cum aliis Pegnia de *Inquisit.* part. II, Commen. 65. Menoch. de *Arb.* cap. 374, n. 1 et seq.

(10. Hæreticus, vel schismaticus, si non respiscat, nequit salvari, sed æterno damnabitur, nec ad salutem ei proderunt baptismus, elemosyna, aut mori pro Christo; textu expresso in c. *Firmissime* 3, de *Hæreticis*, ubi ex verbis S. Augustini (sive potius, ut aliqui volunt, S. Fulgentii) sic præcise habetur: « Firmissime tene, et nullatenus dubites, omnem hæreticum, vel schismaticum, cum diabolo et angelis ejus æterni ignis incendio præcipitandum, nisi ante finem vitæ catholicæ fuerit incorporatus Ecclesiæ; » et post pauca: « Omni homini qui Ecclesiæ catholicæ non tenet unitatem, neque baptismus, neque elemosyna, quantumlibet copiosa, neque mors pro nomine Christi suscepta proficere poterit ad salutem (18). »

(11. Catechumenus nondum baptizatus, deficiens a fide quam recepit, non est proprie dictus hæreticus, saltem coram Ecclesia et in foro externo, sed infidelis, quia fidem solemniter in baptismum non est professus, adeoque neque formaliter et complete membrum Ecclesiæ factus est, sed inchoative solum; Sanchez. lib. II, *Moral.*, cap. 7, num. 34; Azor., part. 1. *Instit. moral.*, lib. VIII, cap. 9, q. 3; Pirhing, loc.

(18) Scilicet, dummodo mors pro Christo suscepta non includat implicitam hæresis detestationem, nam si charitate motus hæreticus pro Christo mortem

cit., num. 6, et alii. (12. Fecte, et invalide baptizatus si fidem deserat, habendus est ut Hæreticus, quandiu de Baptismi fictione, aut invaliditate non constat; licet in genere talis non sit defectu Baptismi. *Communis*. (13. Qui metu mortis percussus negat fidem, verbi gratia, se esse catholicum, vel aliquid fidei contrarium affirmat, absque ullo tamen interiore assensu, peccat quidem contra præceptum profitendi fidem, at non est vere et proprie Hæreticus, cum hæresis essentialiter consistat in interno iudicio erroneo intellectus contra fidem. Azorius, part. I. *Instit. moral.*, lib. VIII, c. 9, q. 9, cum communi aliorum.

(14. Tanquam Hæreticus censendus est, non solum is qui temere asserit, sed etiam qui vertit in dubium animam rationalem seu intellectivam non esse formam corporis humani per se et essentialiter. Clement. *Unic.* § *Porro de summa Trinitate*. (15. Sic etiam tanquam verus hæreticus est habendus non solum is qui temere negaret, sed etiam qui vertit in dubium, animam rationalem seu intellectivam esse immortalem. Conc. Lateranense tertium sub Leone X, sess. 8, ibi: « Damnamus et reprobamus omnes asserentes animam intellectivam mortalem esse, et hoc in dubium vertentes, cum illa non solum vere et per se, et essentialiter humani corporis forma existat, verum et immortalis, quod manifeste constat ex Evangelio. »

(16. Omnis communicatio politica, seu quæcunque conversatio, commercium et convictus cum hæreticis, unde imminet periculum subversionis fidei, vel morum est catholicis prohibita sub mortali. *Communis*. Apostolus enim ad Titum III, sic præcise dicit: *Hæreticum hominem post unam et secundam correptionem devita, sciens quia subversus est*; et II ad Timoth., cap. II, idem Apostolus prohibet omnem conversationem et colloquium cum hæreticis dicens: *Profana et inaniloquia devita: multum enim proficiunt ad impietatem; et sermo eorum ut cancer serpit; ex quibus Hymenæus et Philetus qui a veritate exciderunt; et ex Ecclesiastici III: Qui amat periculum, in illo peribit*. (17. Si autem absit periculum subversionis, et scandalum, possunt catholici licite cum hæreticis communicationem politicam habere, etiamsi essent Lutherani, Calvinistæ alive publice denunciati, excommunicati quotannis per bullam *Cænæ*. Et ratio est quia Martinus V in concilio Constantiensi per constitutionem incip. *Ad vitanda* declaravit, nullum excommunicatum in posterum esse vitandum, nisi a Iudice specialiter et nominatim sit denunciatus, aut nisi sit publicus, et notorius percussor clericus. Denuntiatio autem quæ fit in bulla *Cænæ* non est specialis circa aliquas personas nominatim expressas, sed generalis, duntaxat omnes Lutheranos, Calvinistas, etc., in genere complectens, adeoque, etc. Sanchez lib. II. *Moral.*, cap. 9, num. 3; Pirhing.,

subeat, implicite detestatur hæresim. (NOT. ROM. THEOL.)

lib. v. Decr. tit. 7, num. 22 et 23; Reiffenstuel ibid., num. 22 et 23, et communis aliorum juxta praxim et usum communem.

(18. Hinc citati doctores et alii inferunt licitum esse catholicis, præsertim in locis ubi cum hæreticis permisti vivunt, primo, inire et habere cum eis civiles contractus. Azorius part. I, lib. viii, c. 11; Sanchez loc. cit., cap. 9, n. 5; Pirhing l. cit. n. 24; Reiffenstuel loc. cit., n. 24; secundo, adire et visitare templa hæreticorum, et ibi ritu catholico orare; vel conciones eorum audire, si ex justa causa fiat, verbi gratia, ut famulus dominum suum comitetur, vel ut errores prædicantis hæretici adnotentur ad confutandum, dummodo absit scandalum et periculum propriæ perversionis. Sanch., lib. II, Moral., cap. 4, num. 26; Layman, lib. II, tract. 1, cap. 11, n. 5; Becan., tract. de fide, cap. 9, quæst. 5, n. 17; Azor. loc. cit., cap. 11, q. 3; Pirhing. loc. cit., sub num. 24. Reiffenstuel loc. cit., num. 23, Tertio, admittere filios hæreticorum ad scholas vel studia catholica, non tamen e contra filios catholicorum ad scholas hæreticorum ob perversionis periculum. Navarr. lib. I, consil. 1, num. 26; Reiffenstuel loc. cit. num. 24. Quarto, cum hæreticis nondum personaliter denunciatis simul orare, et rem divinam ac conciones cum eis audire, et funus ad sepulcrum comitari, dummodo id fiat solo affectu civilitalis et amicitiae, sine communicatione in ritibus et cæremoniis Hæreticorum et hæretici non sepeliantur in loco sacro. Navarr. consil. 12, num. 7, de Hæreticis; Azor. loc. cit., cap. 11, q. 2 et 4; Pirhing loc. cit. num. 24. Quinto, servire, seu famulari hæreticis. Reiff. loc. cit. num. 24, et communis aliorum (19).

(19. Matrimonia catholicorum cum Hæreticis, debite ac ritu catholico contracta, sunt valida. S. Thomas et S. Bonaventura in 4, dist. 39, q. 1, art. 1; Abbas in cap. final. de condition. appos., n. 5, et ibi Joan. And. n. 8; Cardinalis nu. 3; Sanchez lib. LXXII, disp. 72, nu. 2; Navarr. in Manual., cap. 22, n. 49; Reiffenstuel lib. Decret., num. 347, cum communissima aliorum, et hodie certa; arg. cap. Decret. 14, de Hæreticis in 6. (20. Talia tamen matrimonia sunt illicita sub peccato mortali, nisi Papa dispenset aut rationabilibus causis excusentur. Communissima ob clara jura hujusmodi matrimonia expresse et graviter prohibentia, uti patet ex concilio Agathensi relat. in cap.: Non oportet 13, caus. 28, qu. 1, ibi: « Non oportet cum hominibus hæreticis miscere connubia. » Conc. Illiberit., cap. 16, ibi: « Catholicas puellas neque hæreticis dare placuit, » et cap. Cave 15, caus. 28, q. 1, ibi: « Cave, Christiane ... ne ... alienam a fide tua uxorem accersas tibi. » Concordat concil. Lao-

(19) Vide append. verb. Fides adjectam, in qua auctoris nostri opiniones hic expositæ confutantur. Hic vero satis duximus responsonem afferre quam dedit Anglis, an. 1606, Paulus V: « Accepimus namque, » inquit SS. Pontifex, « compelli vos gravissimis pœnis propositis templa hæreticorum adire, cœtus eorum frequentare, concionibus illorum interesse... nihilominus zelo pastoralis officii nostri im-

dicense cap. 10; Carthaginense III, cap. 12; Chalcedonense, cap. 14; juncto cap. Decret. 14, de Hæreticis in 6, ubi mulieres hæreticis nubentes in pœnam peccati privantur dote, et sic tenet communis catholicorum cum Perez de Matrim. disp., n. 36, sect. 2, n. 2; Sanchez lib. VII, disp. 72, num. 5; Sporer. tom. IV, cap. 1, sect. 1, num. 118. Layman. lib. V, tract. 10, part. IV, cap. 14; Gobat, tract. 9, cas. 11, num. 216, dicentium peccare mortaliter catholicum, aut catholicam, si cum Hæretica, aut Hæretico matrimonium contrahat, quia in re gravi agit contra justissimam Ecclesiæ præcepta. Et novissime declaravit Clemens XI, die 16 Junii 1710, teste card. Petra tom. IV Comment. in constitut. 12 Joann. XII, num. 13. Vide ibi ubi multa ad rem.

(21. Notanter autem dicitur, nisi Papa dispenset aut rationabilibus causis excusentur, quia interveniente Pontificis dispensatione, talia matrimonia sunt licita, cum pontifex possit sine dubio supra jus ecclesiasticum dispensare; textu expresso in cap. Proposuit 4, de concession. præbend. ibi: « Qui secundum plenitudinem potestatis de jure possumus supra jus dispensare. » (22. Sicuti etiam sunt licita talia matrimonia si rationabiles causæ interveniant, quæ potissimum tres esse possunt. Prima, utilitas spiritualis, utpote si conjux Hæreticus promittat, vel certe magna spes sit illum fidem catholicam amplecturum; ita expresse cit. concil. Illiberitanum, et Laodicense, et communis doctorum cum Laym. l. c. sub n. 2; Marchan. tom. II, tract. 2, sect. 4, qu. 11, in appendic. qui huc refert connubia cum hæreticis regibus et principibus si inde speretur conversio regnorum, protectio catholicorum, cessatio persecutionum. Secunda, moralis quædam necessitas, verbi gratia, dum quis habitat in regionibus Hæreticorum prædominantium, nec facile reperit personam suæ qualitalis et conditionis cui honeste nubere possit. Tertia, gravis damni evitatio, verbi gratia, quia alias esset periculum exheredationis, proscriptionis, ruinæ totius familiæ, hæreditatis totius ad hæreticos devolvendæ, et hujusmodi. In his et similibus casibus permittuntur connubia catholicorum cum hæreticis, consulto tamen semper, cum fieri potest, pontifice, vel saltem ordinario. (23. Imo Azorius tom. I, lib. VIII, cap. 11, q. 5. Sanchez cit. disp. 72, n. 5; Sa, de Matrimonii impedimentis, n. 8; Layman loc. cit., sub num. 2; Sporer tom. I tract. 2, cap. 3, sect. 3, num. 33; Reiffenstuel, lib. IV, decr., tit. 1, sub num. 371; et alii addunt in Germania et cæteris locis ubi Hæretici cum catholicis permisti habitant, id licere ex consuetudine, dummodo revera absit omne periculum subversio, et pro paterna sollicitudine, qua pro salute animarum vestrarum assidua laboramus, cogimur monere vos atque obtestari, ut nullo pacto ad hæreticorum templa accedatis aut eorum conciones audiat vel cum ipsis in ritibus communicetis, ne Dei iram incurrat. Non enim licet vobis hæc facere sine detrimento Dei cultus et salutis vestræ. » (NOTA ROMANI THEOLOGICI.)

sionis et scandali, matrimonium celebretur ritu catholico, et educatio totius prolis in fide et moribus maneat penes conjugem catholicum, saltem usque ad annos pubertatis et emancipationis. Observa tamen novissimam declarationem allatam supra num. 21 in fine. Adisis etiam Benedicti XIV de Synodo Diœces. cap. 3, lib. IX ejusque constitutionem Magnæ nobis, quæ legitur tomo II Bullarii, num. 51.

(24. Unde iniquissimum et graviter peccaminosum est, tam contra jus ecclesiasticum quam divinum, illud pactum quod in aliquibus locis dicitur adjici matrimonio catholici cum Hæretica, nempe ut masculi educentur in fide catholica patris et feminae in secta Hæretica matris; vel e contra; Navarr. lib. I consil. 1, qu. 25, num. 63; Diacastil., disp. 7, n. 705, Perez de Matrim., disp. 36, sect. 2, num. 6; Bosco, de Impediment. matrim., disp. 2, sect. 11, concl. 3, num. 118; Sporer, tom. IV, cap. 1, sect. 1, num. 118. Reiffenstuel loc. cit., num. 371, Layman, loc. cit., num. 3, ubi dicit id apud omnes in confesso esse. Et quidem quod sit contra jus ecclesiasticum patet ex cap. final. de Convers. infidelium. Et concordant jura allegata supra num. 21. Quod autem sit contra jus divinum inde constat quia juxta communem theologorum ad utrumque parentem de jure divino pertinet cura educandi omnes liberos in vera fide ac religione. (25. Nec valet dicere pluribus in locis adesse immemorabilem consuetudinem de existentia vel tolerantia hujusmodi pacti. Non valet, inquam, quia cum tale pactum sit contra jus naturale et divinum, nulla valet consuetudine etiam immemorabili roborari, et licitum reddi, textu expresso in cap. Cum tanto 11, de consuetudine, ibi: « Nemo sanæ mentis intelligit naturali juri, cujus transgressio periculum salutis inducit, quacunque consuetudine (quæ dicenda est verius in hac parte corruptela) posse aliquatenus derogari. »

(26. Disputare publice, vel privatim cum Hæreticis de fide est prohibitum omnibus laicis sub pœna excommunicationis ferendæ sententiæ, textu expresso in cap. Quicumque Hæreticos § Inhibemus 2, de Hæreticis in 6. ibi: « Inhibemus quoque, ne cuiquam laicæ personæ liceat publice, vel privatim de fide catholica disputare, qui vero contrafecerit, excommunicationis laqueo innodetur. » (27. Notant tamen, teste Sanchez, lib. III Moral. cap. 6, num. 7, Palao tract. 4, disp. 2, punct. 4, Herinex disp. 9, de Fide q. 3, num. 34; Reiffenstuel lib. V, Decret., tit. 7, numer. 28; Pirhing ibid. sub num. 28; et alii legem, seu prohibitionem hanc, vel usu nunquam fuisse receptam, vel contraria consuetudine iterum abrogatam in locis, in quibus catholici habitant permisti cum Hæreticis, quia passim ibidem laici catholici disputant cum Hæreticis in privatis colloquiis, et id sæpe necessarium est pro avertendo pusillorum scandalo, præsertim, ubi ob persecutionem Hæreticorum non tolerantur clerici. (28. Disputare cum Hæreticis non est

prohibitum clericis, maxime si sint sufficienter docti, et debitas circumstantias prudenter observent respectu audientium, loci, et temporis, ut recte observat Gonzalez in cap. Cum ex injuncto 12, de Hæreticis, Reiffenst. loc. cit., num. 29 et 30. Vid. verb. Fides a n. 36.

(29. Stando in rigore juris communis tum canonici, tum civilis, nec recipi, nec tolerari possunt Hæretici, et ritus eorum in territoriis catholicis, sed eos ubique repellere, expellere et exterminare tenentur principes catholici. Et quidem in jure canonico sic statuitur expresse; c. Excommunicamus 13, § Moneantur de Hæreticis, et concordat c. Ad abolendam 9, § Statuimus tit. eod. et cap. Ut Officium 11, § Statuimus eod. in 6, et sæpe alibi. In jure civili sic statuitur leg. Omnes 2, Cod. de Hæreticis, l. Manichæus 5, Cod. eod. Authent. Si vero, Cod. Auth. Gazaros. Cod. eod. et sæpe alibi. (30. Ad evitandum tamen majus Religionis, vel Ecclesiæ catholice malum, recipi et tolerari possunt Hæretici in locis catholicis: Layman lib. II, tract. 1, cap. 17, n. 4, cum variis aliis: Reiffenstuel loc. citat., numer. 146 et alii passim, et docet usus et praxis communis.

(31. Hæretici sunt revelandi, seu denunciandi inquisitoribus sub pœna excommunicationis: Innocent. IV, constitut. 18, incip. Noverit. (32. Imo Hæretici evidenter cogniti tales sunt denunciandi, quamvis probari non possint: Alexander enim VII, die 7 Septembris 1665, inter alias merito damnavit sequentem propositionem in ordine quintam: « Quamvis evidenter tibi constet Petrum esse Hæreticum, non teneris denunciare, si probare non possis. » (33. Libros Hæreticorum scienter legentes, aut retinentes, imprimentes, seu quomodolibet defendentes, incurrunt excommunicationem Bullæ Cœnæ; Communis ac certa, textu expresso in ipsa Bulla, § 1, ibi: « Excommunicamus et anathematizamus, etc., omnes, et singulos Hæreticos, etc., ac eorundem libros hæresim continentes, vel de Religione tractantes, sine auctoritate nostra, aut Sedis Apostolicæ scienter legentes, aut retinentes, imprimentes seu quomodolibet defendentes ex quavis causa, publice, vel occulte, quovis ingenio, vel colore, » etc. Sed de istis late sub verb. Libri.

(34. Hæretici omnes formales externi ipso facto incurrunt excommunicationem papæ reservatam; Communis, et certa ob clara jura cap. Sicut 8, cap. Ad abolendam 9, cap. Excommunicamus 13, de Hæreticis, et Bullæ Cœnæ § 1. (35. Imo non solum Hæretici, sed etiam credentes eis, receptores item, defensores, et fautores eorundem; Communis, et certa ob expressa Jura cit. cap. Excommunicamus 13, de Hæreticis et Bull. Cœnæ § 1. (36. Credentes atqum in proposito dicuntur, qui eorum erroribus aliquo modo assentiuntur, saltem implicite et in confuso, v. g. dicendo, et tenendo vera esse, quæ Lutherus, Calvinus, vel alius determinatus Hæreticus contra Ecclesiam Catholicam docuit, vel dixit: etsi in particulari eorum errores ignorent; Communis cum